

Zur Geschichte der alexandrinischen Statuten von Trient.

Bischof Alexander bestätigt die Rechte, Freiheiten und Statuten von Trient.

Trident, 1427 September 2.

Papiercodex 21,5 × 15,7 cm. f. 9' — 10. Innsbruck, Statth.-Archiv, Trient lat. C 21 N°. 10.

Alexander dei gracia episcopus Tridentinus etc. ad futuram rei memoriam. Expedit plerumque et racio suadet pro qualitate temporum et condicione personarum statuta mutare, nova condere ac dubia et obscura declarare; per hoc enim litigantibus in iure consultur et utilitati rei publice utilius providetur. Sane universorum sapientum consulum et provisorum decurionum civitatis nostre Tridentine nobis oblata peticio continebat, quatenus ipsis gracias libertates ac iura et consuetudines eorum statuta et ordinamenta, que a nostris predecessoribus felicis recordacionis Tridentinis pontificibus habuerunt et habent, et nonnulla declarata et de novo edita atque facta renovare ratificare confirmare et approbare dignaremur de nostre plenitudine¹⁾ potestatis. Nos igitur, qui divina disposizione ecclesie et civitati Tridentine presidemus pastor et rector et utraque scilicet spirituali et temporali a sede apostolica et sacro Romano imperio nobis concessa fungimur auctoritate, attendentes quod ubi statuta servantur et iura, ibi cuncta prosperantur, inter varias

¹⁾ zweites e corr. aus?

nobis commissas curas quibus mens nostra cottidiana sollicitudine distrahitur pro subditorum nostrorum quiete et pace pro bono statu et felici regimine civium et subditorum nostrorum hoc precipue in votis gerimus, quod civitas nostra Tridentina in suis iuribus conservetur et nostris temporibus feliciter regatur et oportune gubernetur, omnes et singulas gracias et libertates iura et antiquas bonas et laudabiles consuetudines civitati civibus incolis et habitatoribus Tridentinis a nostris predecessoribus episcopis Tridentinis concessas et concessa et quibus hactenus usi sunt necnon ipsorum statuta et ordinamenta de nostra commissione per plures doctores canonistas et legistas ac iuris peritos et nostros consiliarios diligenter examinata et cum matura deliberacione ruminata delucidata et declarata et illa de novo racionabiliter edita et facta et in libro statutorum civitatis nostre Tridentine contenta renovavimus ratificavimus confirmavimus et approbavimus et per presentes renovamus ratificamus confirmamus et approbamus, decernentes illa in civitate et diocesi nostra Tridenti ubique locorum in iudicio et extra in omnibus et per omnia in causis civilibus et prophanis iuris habere vigorem et roboris obtainere firmitatem. Per hanc autem nostram confirmationem non intendimus libertati ecclesiastice in aliquo derogare, set volumus quod predicta statuta tam nova quam antiqua contra clerum civitatis et diocesis nostra Tridentine in nullo se extendant, set penitus omni careant firmitate. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri maioris iussimus appensione communiri. Datum Tridenti secunda die mensis septembbris, anno domini etc. vicesimo septimo.

Die vorstehende Urkunde entstammt einem siebzehn Folien umfassenden Bruchstücke eines Kanzleiregisters und Formelbuches des Bischofs Alexander von Massovien (1423—1444) des Innsbrucker Statthalterei-Archives, das auch sonst einige rechts- und kulturhistorisch interessante Stücke enthält, und bietet einen nicht unerwünschten Beitrag zur Entstehungsgeschichte der alexandrinischen Redaktion der Trientner Statuten. Bisher wußten wir davon nicht mehr, als die Vorrede der Sta-

tuten selber berichtet (vgl. Archiv für österr. Gesch. 92, 109). Cresseri hat in seinen Ricerche storiche (Biblioteca Trentina 2—6, 47) wohl der Bestätigung von 1427 nach einer späteren von 1434 Erwähnung getan, setzt aber irrig auch die Komplilation der Statuten in dieses Jahr, obwohl in der Einleitung der Statuten, die auch in die Udalricianische Redaktion übergegangen ist, zweimal das Jahr 1425 als Abfassungszeit angegeben wird. Nun erfahren wir, daß von der Abfassung, die autoritate des Bischofs also mit dessen Genehmigung erfolgte, bis zur bischöflichen Bestätigung zwei Jahre vergangen sind und daß ihr eine neue Überprüfung durch Rechtsgelehrte und bischöfliche Räte voranging.

Dr. Hans von Voltolini.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Veröffentlichungen des Tiroler Landesmuseums Ferdinandeum](#)

Jahr/Year: 1903

Band/Volume: [3_47](#)

Autor(en)/Author(s): Voltelini Hans von

Artikel/Article: [Zur Geschichte der alexandrinischen Statuten von Trient. 279-281](#)